

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Leben Marggrav Hermann des III. von Baden und dessen Kindern

Sachs, Johann Christian

Carlsruhe, 1759

"Es ist hieben nicht zu vergessen die Urkunde, [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-116023](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116023)

tate in Brunsvic contingebant juxta tenorem privilegii nostri exinde sibi indulti. Et quia per illustrem Rom. Regem Cunradum filium nostrum coactus est de prædicta summa remittere mille marcas & indultum nostrae celsitudinis privilegium resignare, & quod prædictae civitates non tenerentur obligatae sibi pro trecentis marcis argenti. Nos volentes mandatum & obligationem nostram in sua sicut ante, consistere firmitate, præsentis scripti autoritate mandamus, quatenus civitates prædictae obligationi duorum millium & trecentarum marcarum argenti subjaceant, & a modo teneantur, sicut nobis in Alemannia existentibus obligatae fuerunt, non obstantibus literis ab Marchione eodem dicto Regi filio nostro factis: statuimus igitur & mandamus, quatenus nullus sit, qui dictum Marchionem, vel heredes suos contra præsentis obligationis nostrae paginam impetere vel molestare præsumat, quod qui præsumserit, indignationem nostri culminis se noverit incursum. Ad cuius rei memoriam præsens scriptum fieri & bulla aurea - - - impressa jussimus communiri. Datum apud Pretinam an. Dom. Incarnat. MCCXXXIV. Mense Novembr. octav. indict.

Es ist hieby nicht zu vergessen die Urkunde, nach welcher Braunschweig zu einem Herzogthum von eben diesem Kayser Fridrich II. A. 1235. erhoben worden, weil in demselben M. Hermann so wol als die Herzoge von Bayern von dem Kayser dilecti Principes nostri genennet, und unser Hermann dem Pfalzgraven gar vorgesezt worden. Man sehe davon die ganze Abhandlung des Herrn Anonymi D.D. in denen Detterischen Sammlungen. Die Urkunde selbst steht ganz bey MEIBOM T. III. Rer. Germ. p. 207. SAGITTAR. orig. dom. Brunsv. p. 141. und anderen mehr. Ich will hier nur einen Auszug aus MEIBOM. de orig. metallifod. Harzic. §. 35. p. 18. anführen:

FRIEDERICUS secundus &c. Per præsens scriptum noverit præsens ætas, & futura posteritas, quod cum oppositi nostri foret ut dilectum consanguineum nostrum OTTONEM de LUNEBORG ad fidem Imperii & devotionem nostram efficeremus arctius obligatum &c. - civitatem insuper de Brunsvic, cujus medietatem proprietatis domini a *Marchione de Baden*, & reliquam medietatem a Duce Bavariae, dilectis *Principibus* nostris, emimus, pro parte uxorum suarum, quæ fuerunt filiae Henrici de Brunsvic, Comitis Palatini Rheni Patruis dicti Ottonis, similiter in eadem curia imperio concessimus, proprietatem aobis debitam in dominium imperii